



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opvscvlvm, De Vitis  
Romanorvm Pontificvm**

**Liutprandus <Cremonensis>**

**Mogvntiae, 1602**

LXV. Pelagivs II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11115**

te comprobat Choropiscopos Episcopos non esse, nec aliquid de priuilegio Pontificali debere agere, & ad hoc probandum introducit Linum & Cletum, quamuis adiutores Petri fuissent, nullam tamen potestatem Pontificalem habuisse, sed exteriora tantum ministrasse. Et quia sententiam & verba ipsa notauius cum de Clemētis ordine & actione in principio huius opusculi scripsimus, ad cætera quæ instant transire non incongruum esse existimamus. Hic ordinauit Episcopos 59. Presbyteros 28. diaconos 12. Obiit autem 2. Idus Iulii.

## LXIV.

## BENEDICTVS.

A.D.LXXIII.

**B**ENEDICTVS, natione Romanus, ex patre Bonifacio, sedit annos 4. mēsem 1. dies 28. Scripsit autem iste Dauid Episcopo, & illos, qui dicebant, neminem in veritate posse probare Trinitatē vnitatē fieri, cū neq; tres vnū, neq; vnū in tribus possit à quoquā approbari, iussit, vt ad rectam fidem conuerti facheret, aut ab Ecclesia repelleret. Et multis modis probauit, & auctoritate multorum firmauit, vnitatem substantiæ esse in personarum Trinitate, & personarum trinitatem esse in substantiæ vnitate. Huius temporibus valida fame afflictus est populus Romanus. Hic ordinauit Episcopos 21. presbyteros 15. diaconos 4. Obiit autē 2. Kalend. Augosti.

## LXV.

## PELAGIVS II.

A.D.LXXVI.

**P**ELAGIVS, natione Romanus, ex patre Vingildo, sedit annos 10. menses 2. dies 10. Hic ordinatus est absq; Principis iussione eo quod Longobardi obsiderent ciuitatem Romanam. Eo tempore tantæ pluviæ fuerunt, vt omnes dicerent, quod aquæ diluuii superinundarent: & talis clades fuit, qualē à seculis nullus fuisse meminit. Hic orientalib. Episcopis vniuersis, quos Ioannes Constantinopolitanus Episcopus præsumptiuè ad Synodum conuocauerat, scribit, & mandat eis, si nolint cum prædicto Ioanne damnari, <sup>a epist. i.</sup> consentiendo ei, à superba præsumptione recedant, & pœnitentiā agere studeant, quia necesse est ea cassari, quæ contra ordinem & auctoritatem facta esse noscuntur: Scribebat enim se esse Episcopum vniuersalem, & ex hac sua præsumptione conuocabat Synodum generalem, cum generalem Synodum conuocandi auctori-

tas Apostolicæ sedi B. PETRI priuilegio singulari sit tradita. Item eosdem dubitantes, quæ dicenda esset certa prouincia, informat, & instruit dicens. *Scitote certam prouinciam esse, qua habet decem vel unum potestates decim ciuitates & unum regem, & totidem minores ciuitates sub se, & unum suffragatum, aliosq; suffraganeos decem vel undecim Episcopos indices, ad quorum iudicium omnes cause Episcoporum & reliquorum sacerdotum ac ciuitatum cause referantur, ut ab his omnibus iuste consona voce discernantur.*

<sup>b</sup> epist. 2.

Item Benigno Archiepiscopo de Episcoporum transmutatione consulenti transmisit<sup>b</sup> epistolam, in qua eum, qualiter regulariter transmutari vel non possint plenissimè instruit. & hęc iam supra notauimus. Item in eadem prædictum Archiepiscopum ad iustitiam sectandam hortando dicit. *Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationibus iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum peccatis propittabitur. Item, Qui offert sacrificium de substantia pauperū, quasi in conspectu patris victimat filium. Item, Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio eius? sic & homo, qui ieuniat in peccatis suis, iterū eadem faciens, quid proficit humiliando se orationem eius quis exaudiet? In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas.*

<sup>c</sup> epist. 3.

<sup>2. q 7. c. nullus.</sup>

Item vniuersis Episcopis, & specialiter Campaniæ & Italix Episcopis scripsit<sup>c</sup>, & ad monitionem Episcoporum, quæ sèpenuerò à prædecessoribus suis posita, & superius annotata sunt, vide licet, de accusatoribus & cæteris pleniter posuit, & inter cætera de monachis dicit. *Nullusq; monachus talia vsquequag; arripiat, nec secularia, aut Ecclesiastica negotia perturbare psumat, q; a vox eoru in talib. est mortua.*

<sup>d</sup> 4. epist.  
De cons. d. 1. c.  
inuenimus.  
<sup>\* veritas</sup>

<sup>\* has tenen-</sup>  
das vobis mā-  
damus.

A. D. XC.

Item Episcopis regionum Germaniæ & Galliæ instrui rogati bus præfationum ordinem, quem Ecclesia Romana seruaret, rescripsit<sup>d</sup> ita dicēs. *Sacrū ordinē Romanū sacrag; cōstituta nostrorū antecessorū sollerter relegentes, inuenimus has nonē præfationes in sacro catalogo solummodo recipendas, quas longa retro<sup>\*</sup> vetustas in Romana Ecclesia hactenus seruavit. unam, in Albis Paschalibus, aliā de Ascensione Domini, tertiam de Pentecoste, quartā de Nativitate Domini, quintā de apparitione Domini, sextā de Apostolis, septimā de S. Trinitate, octauā de cruce, nonā de ieunio Quadragesimæ. \* Si quis his supradictis demperit, vel addiderit, anathema sit. Hic ordinauit Episcopos 48. presbyteros 28. diacon. 8. Obiit. a. 7. Id. Feb.*

## LXVI.

### S. G R E G O R I V S.

**G**REGORIVS, natione Romanus, ex patre Gordiano, sedit annos 13. menses 6. dies 10. Hic fecit 40. homilias, & exposuit Job & Ezechielē. composuit dialogum & Pastoralē curā. Scripsit et numero-